



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. VI. De Scholasticorum valetudine conservanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

CAPUT VI.

*De Scholasticorum valetudine
conservanda.*

Xplicatis, quæ ad nostrorum Scholasticorum animos tum pietate tum literis informandos spectant; de eorum tuenda valetudine perstringenda sunt aliqua; omisis iis, quæ hoc ipso in genere ad universos pertinent; & P. 4. C. 8. referentur.

1. Ne igitur Scholastici literario labori succumbant; eorum sanitatem curabit Rector, animadvertendo; ut temporibus valetudini corporis incommodis non studeant; ut somno quantum temporis satis est tribuant; & in laboribus mentis modum fervent. ^a Quare vetantur ultra duas horas, legendo, aut scribendo, labori incumbere; quin studium intermittant, aliquo temporis intervallo, ^b

2. Coadjutores in Collegiis constituentur à Provinciali, ad Scholasticos sublevandos, quot necessarii sunt; ne Magistrorum, & discipulorum operâ Rector uti cogatur, ad munera domestica: quamquam adjuvari illos ab his, aliqua hora, nihil prohibet. ^c

M

3. Pecunia

*Studendi labor
sit moderatus.*

^a P. 4. C. 4. §.
1. & C. 10. §.
5. & R. Rect.
38. & 49. &
55.

^b R. Schol. 11.
*Domestica mi-
nisteria obeunda
à Coadjutori-
bus.*

^c P. 4. C. 6. §.
& B. St. R. Pro.
32.

Vacatio hebdomadaria.

d P. 4. c. 13. §. 5. & F. & R. Rect. 40.

e C. 6. D. 40. §. 9. & Or. c. 2. §. 15.

f C. 6. D. 40. §. 7. & Or. c. 2. §. 15.

Vacatio Autumnalis.

3. Peculiare etiam Scholasticorum nostrorum valetudini institutum est levamentum in Rusticatione hebdomadaria; ad quam, die communis vacationis à studiis, exceptis diebus Festis, & Quadragesimæ, emittuntur. *d* Quod si, per coeli injurias, aliasve causas, neque ad prædium, neque deambulatum ire licuerit; mane ad recreationem non pulsetur, sed vacetur studiis: post meridiem verò, peracta recreatione ordinaria post prandium, & interpositâ mora aliqua, detur signum ad recreationem per horas tres: sed clamores, & ludi strepitosi omninò caveantur, *e* Cùm verò in hujusmodi prædio cœnatur; meridie per unam, aut alteram horam Scholastici partim studeant; partim orationem matutinam perficiant. Quo tempore nulli fas sit, vel ludere vel confabulari. *f*

4. Additur etiam productior remissio, semel in anno, tempore Vacationum generalium. Detinentur enim in prædio, aut Villa, per plures dies, non tamen ultrâ quindecim. Ne autem, dum vires corporis reparantur, ardor spiritus extinguatur; 1. Hæc secessio in Villam minimè permittenda, nisi peraccommodæ sint ædes habitationi, obseratæ fores, & Superior adsit custos religiosæ disciplinæ. 2. Spiritualia exerci-

exercitia Examinum, & Orationis minimè prætermittenda. 3. Nullus eo tempore Externorum Villas, licèt propinquorum, adeat; nisi graves ob causas aliter Provinciali videatur. 4. Genus exercitii, aut ludi prudenti considerationi Provincialis relinquatur; qui accommodatam suæ Provinciæ directionem conficiet. g


g C. 6. D. 40. §
8. & Or. c. 14

C A P U T VII.

De tertio Probationis anno.

S E C T I O I.

De Personis, & loco tertiæ Probationis.

I.  Ostrema cura, quæ formandis nostris Scholasticis adhibetur, est tertius Probationis annus. Ad hunc peragendum illi mittuntur, post literarum studia in Societate transacta; antequam ad Gradum Professorum, vel Coadjutorum formatorum admittantur. Et quamquam Provincialis differre interdum ex gravi causa poterit, monito Generali; cum nullo tamen omnino dispensabit. Illi tantum qui Societatem absolutis studiis inierunt, non obligantur.

Ad quos pertineat hac Probatio.

Ex. c. 1. §. 12. & c. 4. §. 16. & c. 6. §. 8. & P. 5. c. 1. §. 3. & c. 2. §. 1. & Greg. XIII. p. 226. & R. Prov. 68. & R. M. N. 58. & Or. c. 3. Tit. 1. §. 1. & Tit. 3. §. 1. & 4.

M 2

obligantur